

presenti indulto plenam et expressam ac de verbo ad verbum mencionem non fecerint, vigore extra suam diocesim citari vel conveniri aut alias ad iudicium evocari possit vel debeat quoquomodo, dummodo subditi prefati coram eorum ordinariis de eis conquerentibus parati sint stare iure ipsique ordinarii saltem super hoc legitime requisiti in exhibendo illis iusticie complementum non fuerint negligentes vel remissi. Nos 5 enim omnes et singulos excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias, censuras ecclesiasticas, penas atque processus, quos contra presencium continenciam ac formam quavis eciam auctoritate promulgari vel haberi necnon alias quicquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari contigerit, nullius decernimus roboris vel momenti, presentibus ad beneplacitum sedis predictae duntaxat 10 duraturis. Nulli ergo omnino hominum —. Siquis autem —. Datum Rome apud sanctum Petrum III. idus decembris pontificatus nostri anno quinto.

*Auf dem Bug:* Arnoldus.

*Unter dem Bug (links):* L. Jo. Symonis. G. Petri.

*(rechts):* B. de Pileo.

15

*Auf der Rückseite:* R[egistrata] Fridericus (?) de Agello (?).

## 167.

*Papst Martin V. beauftragt die Äbte zu Chemnitz und Saalfeld und den Propst des Thomasklosters zu Leipzig, über die Ausführung der Bulle Nr. 166 zu wachen.*

Rom (S. Peter), 1421 Dez. 11. 20

*H Schr.: Or. Perg. HStA Dr. 5856. Die Bulle an Bindfaden. — Transsumpt des Bartholomaeus commissarius prepositure Misnensis, dat. Meißen 1424 Juni 2, Or. Perg. Stadlarch. Meißen mit dem S. der Propstei (vgl. C.d.S. II 2,387) an Perg.-str. — Transsumpt des Burkardus de Kempnicz, Propst des Thomasklosters zu Leipzig, dat. Leipzig 1453 Nov. 3, Or. Perg. Stadlarch. Leipzig (war weder bei der Neuordnung des Archivs [1881] noch 1938 aufzufinden). — Cop. 1317, Bl. 129<sup>b</sup>).*

25

*Gedr.: Müller, Reichstagstheatr. unter K. Maximilian I. II 69. — Horn 852.*

Martinus episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . Kempniczensi et . . de \*Salveldia<sup>a</sup>) abbatibus ac . . preposito sancti Thome in Lipczk per prepositum soliti gubernari Misnensis et Maguntinensis ac Merseburgensis diocesis monasteriorum salutem et apostolicam benedictionem. Hodie ad dilecti filii nobilis viri Frederici 30 senioris marchionis Misnensis instanciam litteras nostras concessimus in hec verba: Martinus episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam. Sincere devocionis affectus<sup>b</sup>) —. Cupientes itaque, ut ipse littere inconcusse observentur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras prefatas ac omnia in eis contenta, quociens super hoc 35 pro parte dicti marchionis aut subditorum suorum fueritis legitime requisiti, faciatis auctoritate apostolica huiusmodi durante beneplacito inviolabiliter observari, non permittentes eos per quoscunque contra tenorem litterarum earundem quomodolibet molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com-

167. a) Silveldia Or., Salveldia Cop. b) Folgt die Bulle Nr. 166.